



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Doli exequutio proximo nociua, vitiosa est & damnabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

esse doctus, non facile credit quis illi suam causam: medicum autem quum infirmus audit, propter ingen- tem sanitatis spem, & miseriam infirmitatis statim rogat. Et rursus in causis ciuilibus potest adhibere remedium si aduocatus errauit: sed in causa ægritu- dinis agitur de vita aut sanitate irreparabili. Graue tamen peccatum incurritur in Iuris doctoratu hu- iusmodi. Et quamuis mortale non desiniam, non ta- men omnino excuso à mortali: quia quantum in se est, periculo exponit clientulos.

*Doli exequutio proximo nociua, vitio-
sa est & damnabilis.*

Dolus (hoc est astutiæ exequutio, siue per verba, siue per facta ad decipiendum ordinata) pecca- tum, est veræ prudentiæ contrarium. Et iuxta subie- ctam materiam potest esse mortale vel veniale, sicut deceptio ad quam astucia machinatur. Si enim in- tenditur deceptio perniciosâ, est peccatum mortale: si verò officiosa aut iocosa, est peccatum veniale.

Duellum non potest licitè vel iustè indici.

Dvellum (hoc est singulare bellum ex condic- to) indicere, peccatum mortale est: quia eligitur per- cussio proximi, & expositio propriæ & aliene vitæ pe- riculo mortis, absque sufficiente talis belli causa.

Suscipere autem, seu acceptare duellum, vel pro manifestatione veritatis, peccatum mortale est: quia contra rationem rectam eligitur percussio proximi, periculum vitæ, & diuini sit usurpacio iudicii cum ten- tatione Dei, & inducitur in testimonium quod non est testimonium, & diabolica adinuentio impletur. Vel ad ostentationem virium peccatū quoque mor- tale est: quia contra rectam rationem eligitur percussio proximi cum periculo vitæ, vt patet. Et per eandem ra- tionem peccant mortaliter bellantes decem hinc &